

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16**

**[S.l.], [11. Jh.]**

Lesung aus dem Evangelium nach Iohannes

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

uidisti me credidisti. Non autem  
tetigisti me. sed uidisti me.  
Quo generalis quodammodo  
sensus est uisus. Nam &  
per alios quattuor sensus  
nominari solent. uelut cum  
dicimus audi & uide quā  
bene sonet. Olfac & uide  
quam bene olet. Gusta  
& uide quam bene sapiat.  
Tange et uide quam bene  
caleat. Ubiq. sonuit uide  
cū uisus pprie non negetur  
ad oculos pertinere. Unde  
hic ipse dñs inquit di  
gitum tuum et uide ma  
nus meas. quid aliud ait  
quam tange et uide. Nec  
tamen oculos ille habebat  
in digito. Ergo siue intu  
endo siue etiam tangendo  
quā uidisti me inquit cre  
didisti. Quamuis dici pos  
sit ita non ausum fuisse disci

pulum tangere. cū se offer  
ret ille tangendum. Non  
enim scriptum est. & tetigit  
thomas. sed uide. Aspicien  
do tantū. siue & iam tangen  
do uiderit et crediderit.  
Illud quod sequitur. magis  
gentium fidem praedicat  
atq. commendat. beati qui  
non uiderunt et credi  
derunt. Praeentis tempo  
ris usus est uerbis. tamquā  
ille qui quod erat futurū  
in sua nouerat praedestina  
tione iam factum. Sed iam  
sermo iste plixitate cohi  
bendus. Donabit dñs. ut  
de his quae restant alias  
disputemus.

**DOM̄ OCT̄**

**PASCHAE**

**LEC̄ SCĪ EV̄ SEC̄ IOH̄**

**I**n illo temp. **T**homas unus  
ex duodecim quid dicitur didi-  
mus non erat cum eis quando  
uenit ihc. Dixerunt ergo ei  
Alii discipuli: uidimus dnm  
& reliqua.

## OMELIA

BEATI GRE

GORII

PAPAE

## RIMA

**L**ECTIONIS huius  
euangelicae questio animi  
pulsat. Quomodo post re-  
surrectionem corpus domi-  
nicum uerum fuit. quod  
clausis ianuis ad discipulos  
ingredi potuit. Sed sciendu  
nobis est. quod diuina ope-  
ratio si ratione comprae-  
ditur. non est ammirabi-  
lis. Nec fides habet meritum.  
cui humana ratio praebet

experimentum. Sed haec  
ipsa redemptoris nri opera.  
quae ex se met ipsis com-  
prehendi nequaquam possunt.  
ex alia eius operatione pen-  
sanda sunt. ut rebus mira-  
bilibus. fidem praebent.  
facta mirabiliora. Illud eni  
corpus dni intrauit ad disci-  
pulos ianuis clausis. Quod  
uidelicet ad humanos ocu-  
los per naturam suam  
clauso exiit utero uirginis.  
Quid ergo mirum. si clausis  
ianuis post resurrectionem  
suam in aeternum iam uictu-  
sus intrauit. Qui moriturus  
ueniens. non aperto utero  
uirginis exiit. Sed quia  
ad illud corpus quod uideri  
poterat. fides intuentium  
dubitabat. Ostendit eis pro-  
tinus manus et latus. Pal-  
pandam carnem praebuit.